



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 44. P. Tamburini Societatis Præpositi responsum ad has literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

„ad ipsos attinet, punctualis observan- Sæc. XVIII.
 „tia ejusdem Decreti, quæ (uti Pater- A. C. 1710.
 „nitas Vestra bene novit) suam Beati-
 „tudinem adeo premit, nulla ratione
 „retardetur, quod plene sibi de ipsis
 „sua Sanctitas compromittit. „

§. XLIV.

*P. Tamburini Societatis Præpositi
 responsum ad has literas.*

Acceptis hisce literis mox præfatus
 Societatis Generalis eadem adhuc
 die hæc rescripsit : „Sentimenta &
 „jussa suæ Sanctitatis ab Illustrissima
 „Dominatione Vestra mihi exposita,
 „per suam de die 11. Currentis, ea, qua
 „debui Veneratione, recepi; precor au-
 „tem, suam Sanctitatem asscurari,
 „quod me illis conformabo, eaque ma-
 „xima cum diligentia, executioni man-
 „dabo, omnemque possibilem adhibebo,
 „ut, pari cum punctualitate, omnes
 „alii Societatis Religiosi, ea exequan-
 „tur; & spero, me ad id, in uno quo-
 „que ipsorum, illam promptitudinem
 „assecurum, quam, suæ Sanctitatis
 „nutibus, omnes debemus. Et illust-
 „rissimam Dominationem vestram ve-
 „nerando me devoveo. „

Huic promisso operis constantia non
 defuit; quippe idem Generalis quinque

Sæc. XVIII. fuorum Assistentium, & diversarum Na-
 A. C. 1710. tionum viginti duorum Procuratorum,
 declarationem per modum libelli sup-
 plicis die vigesima Novembris anno se-
 quenti obtulit hujus tenoris.

„Inter postulata, quæ Patres Pro-
 „curatores missi Romam e singulis So-
 „cietatis Jesu Provinciis ad consuetam
 „congregationem Procuratorum in-
 „dictam in hunc Mensem Novembrem
 „Anni 1711. proposuere, unum fuit
 „præ ceteris summa oblatum contem-
 „tione, & acerrimis omnium studiis
 „votisque commendatum, tanquam
 „longe maximi ad suarum Provincia-
 „rum pacem & exultationem mo-
 „menti.,

„In hoc postulato significant Præ-
 „posito generali lacerari Societatis uni-
 „versæ Nomen indignissima accusatione
 „quæ illi majorem inurit dolorem
 „quam innumerabiles aliæ accusatio-
 „nes, & Calumniæ contra eandem fa-
 „bricari, & disseminari solitæ; & quæ
 „se fatetur ad vivum vulnerari, & pu-
 „pillam oculi sui tangi.,

„Accusationem hanc vehementer
 „res adversarii his verbis informant
 „lib. artes Jesuiticæ pag. 537. Erga De-
 „creta Pontificia præ cæteris exactam
 „submissionem, cæcamque obedientiam
 „buccinant Jesuitæ; ab ea tamen præ-
 „cæte

„cæteris deficiunt, dum ad Salivam Sæc. XVIII.
 „Decreta non sunt . . . Religiosos So- A. C. 1710,
 „cietatis præ cæteris inobedientes esse
 „constitutionibus Apostolicis. „

„Eam ob rem prædicti Patres Pro-
 „curatores, ad refellendam omni ope
 „tam probrosam, quam a Veritate alie-
 „nam accusationem; simulque ad de-
 „clarandum Societatis Dolorem, cum
 „se tam gravi, tam acerbo vulnere pe-
 „titam sensit; una voce postularunt,
 „ac faciendum judicarunt, ut solemni,
 „& legitima quadam actione, quæ vim,
 „& locum obtineret cujuscunque Apo-
 „logiæ, Præpositus Generalis Societa-
 „tis, nomine totius Ordinis confirma-
 „ret, contestaretur, ac declararet pro-
 „volutus ad Sanctitatis suæ pedes, &
 „coram Ecclesia universa, constantissi-
 „mam, immutabilem, invictam totius So-
 „cietatis fidem in amplectendis, obeun-
 „dis, & ad ultimum usque spiritum exe-
 „quendis, quæcunque fuerint a Sede
 „Apostolica præscripta, constituta &
 „imperata, & nominatim quod spectat
 „ad Decreta per suam Sanctitatem e-
 „dita de ritibus Sinensibus tum Anno
 „1704. die 20. Novembris, tum Anno
 „1710. die 25. Septembris, quæ qui-
 „dem Decreta etiam prout a Sancti-
 „tate sua explicata, & exposita fuerunt
 „in literis ejus Nomine scriptis ab Il-
 „lustris

Sæc. XVIII., Iustrissimo & Reverendissimo Domino
 A. C. 1710., Assessore sancti Officii ad Reverendum
 „admodum Patrem Præpositum Gene-
 „ralem Societatis sub die 11. Mensis
 „Octobris Anno 1710. inconcusse, & in-
 „violabiliter sub censuris & pœnis ibi-
 „dem expressis sine ulla contradictione,
 „tergiversatione, aut cunctatione, quo-
 „vis contra faciendi quæsito colore aut
 „prætextu penitus sublato, sibi ad a-
 „mussim observanda & exequenda spon-
 „te & ultro admittit, & amplectitur
 „Societas universa: atque ita obloquenti-
 „tium Ora obstructum iri confidit.

„Huic postulato una cum Patribus
 „Assistentibus iidem Patres Procurato-
 „res Romæ convocati propria manu
 „subscribere.,

His postmodum Generalis die vige-
 sima Novembris sequentes ad Papam
 literas adjunxit:

Sanctissime Pater!

„Tam justis, tam gravibus, ac ne-
 „cessariis P.P. Procuratorum postulatis
 „obsecundans præpositus Generalis So-
 „cietatis Jesu ad Sanctitatis Vestræ pe-
 „des humillime provolutus quocunque
 „optimo, ac certissimo modo potest,
 „cum omni asseveratione, ac sincer-
 „tate suo, ac totius Societatis nomine
 „profitetur, ac declarat Sanctitati Ve-
 „stræ,

„stræ, & sanctæ Sedi Apostolicæ, con-
 „stantissimum obsequium, reverentissi-
 „mam submissionem, & obedientiam
 „cæcam, in amplectendis, & exequen-
 „dis quæcunque per eandem sanctam
 „Sedem decreta fuerint, & imperata;
 „iisque potissimum, quæ circa Sinicos
 „ritus edita sunt, tum Anno 1704. die
 „20. Novembris, tum Anno 1710. die
 „25. Septembris, quæ quidem decreta,
 „etiam prout a Sanctitate Vestra expli-
 „cata, & exposita fuerunt, in literis
 „Sanctitatis Vestræ nomine eidem Præ-
 „posito Generali scriptis ab Illustrissimo
 „& Reverendissimo Domino Assessore
 „S. Officii sub die undecima Octobris
 „Anno 1710. inconcussa & inviolabili-
 „ter, sub censuris & pœnis ibidem ex-
 „pressis sine ulla contradictione, tergi-
 „versatione, aut cunctatione, quovis
 „contrafaciendi quæsito colore, aut
 „prætextu penitus sublato sibi ad amuf-
 „sim observanda, & exequenda sponte,
 „& ultro admittit, & amplectitur So-
 „cietas universa. Testatur autem idem
 „Præpositus generalis, hanc esse vo-
 „cem, hoc votum, hunc Spiritum So-
 „cietatis universæ: hunc & futurum
 „esse: Sicut proculdubio semper fuit,
 „Quod si quis nihilominus e nostris
 „esset ubicunque terrarum (quod aver-
 „tant superi) qui aliter sentiret, & lo-
 „que-

Sæc. XVIII.

A. C. 1710.

Sæc. XVIII. „queretur, aut locutus esset: nam id

A. C. 1710. „omnino prævenire, aut impedire nulla

„satis potest humana prudentia in tanta

„subditorum multitudine; declarat,

„asserit, ac profitetur Præpositus Ge-

„neralis nomine totius Societatis, se

„jam nunc illum reprobare, repudiare,

„ac merita castigandum poena, neque

„agnoscendum pro vero & genuino fi-

„lio Societatis: illum tanquam dege-

„nerem, & non suum habebit, uti ta-

„les semper habuit, & modo habet

„& quantum poterit, semper con-

„pescet, comprimet, & conteret. „

„Ea Mens, hoc propositum, ea con-

„testatio Societatis est, quam ejus to-

„tius nomine deponit ad Sanctissimos

„pedes Beatitudinis Vestræ Præposi-

„tus ipsius Generalis; ut inde per uni-

„versam diffeminetur, ac spargatur Ec-

„clesiam. quodsi ad exprimendam effe-

„cacious Societatis in hac protestatione

„mentem, inveniri verba possent cla-

„riora, & magis significantia, aut for-

„mulæ magis distinctæ, dissertæque ad

„obstruendum omnem cavillationibus,

„& sinistris interpretationibus aditum,

„intendit, optat, & vult Præpositus Ge-

„neralis, ut ea, quæ in hoc scripto

„adhibet verba, vim omnium aliorum

„quorumcunque magis idoneorum ha-

„beant: fateturque, sibi non occurrisse

„ine-

„meliora, & apertiora, quibus veram, Sæc. XVIII.
 „& sinceram totius Societatis mentem A. C. 1710.
 „declararet.”

An vero amplissimis promissis sincera Sinensium Missionariorum fides atque executio responderit, dubitare licet ex eo, quod his Missionariis hanc Papæ decisionem aut suspensam aut minus legitime promulgatam obtendentibus, Pontifex anno hujus sæculi decimo quinto nova Bulla omnimodam, absolutam, integram & inviolabilem observantiam hujus decreti præcipere coactus fuerit, uti postea referemus.

§. XLV.

Hujus decreti observantia ab aliis Ordinum Superioribus promissa.

Quoniam vero idem Assessor ejusdem ferme tenoris literas die decima septima Octobris ad aliorum Ordinum Superiores Generales dederat, hinc Prædicatorum, & Augustinianorum Generales, necnon FF. Minorum Observantiam & Reformatorum Commissarii Generales mox die sequenti ad Pontificis mandatum hæc responderunt: „Mandata Sanctissimi Domini „Nostri ab illustrissima dominatione vestra, per suum de die decima septima „Currentis, mihi intimata, cum de-
 „bito